

*123. Instrumentum venditionis
di Angelo «ovvero Domenico?»
detto Rosso in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*123. Instrumentum venditionis
di Angelo ‹ovvero Domenico?›
detto Rosso in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1431-06-24

(c. 28v) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno nativitatis ipsius millesimo quatragesimo
trigesimo primo, regnante serenissima domina domina
nostra Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem,
Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Prime, Galitie,
Lodomerie, Comanie, Mulgarieque <sic> regina,
Provincie, Felcalquerii <sic> ac Pedimontis comitissa,
regnorum vero eius anno decimo septimo feliciter amen,
die vigesimo quarto mensis iunii, none indictionis, apud
civitatem Potentie.

1

2

Nos Gaspar de Apenna de Potentia, ipsius civitatis
annalis iudex, Thomas Strambus <sic> de Potentia
publicus ubilibet per provincias Principatus citra et
ultra terras <sic> Montorii, Capitinate et Basilicate
regia autoritate notarius // (c. 29r) et testes subscripti
ad hoc vocati specialiter et rogati, presenti scripto
puplico fatemur atque testamur quod in nostri presentia
constitutus Angelus et Dominicus Russus de Potentia,
non vi, dolo, metu ductus nec aliquilibus suasionibus
circumcircumventus <sic>, quia sic sibi expediens visum
fuit vendidit, alienavit et per fustim traditionem
assignavit iure proprio et inperpetuum donno Angelo de
Todaro de Potentia, preposito et clerico maioris ecclesie
Potentine, ut dixit, ibidem presenti, ementi procuratorio
nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum eiusdem
ecclesie, ut dixit, et successore <sic>, terras quas idem

Così S per Servie

Il computo dell'era regni è espresso per anno incipiente
allungato.

Russus dixit tenere et possidere in tenimento civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur lo vallone dello Char(n)o, prope Madam que dicitur de li Evetulivi, a fonte que dicitur Siribriele versus descensum terre, confinatas ab una parte iuxta terras que fuerunt quondam Siribriel(is) mediante limite comuni; ab alia parte iuxta terras domini Cicci mediante vallone de li Zer(n)i; ab alia parte inferiore et latere iuxta terras que fuerunt quondam iudicis Angeli mediante limite comuni; ab alio latere iuxta terras ecclesie Santi Gerardi qu[e] dicuntur de lo Cardone, ab alia parte iuxta terras que fuerunt quondam donni Martini [mediante] limit(e) et alios fines. Et dittus venditor prefatum emptorem in corporalem possessionem dittarum terrarum et coram nobis per fustem induxit ad verum dominum et potestatem ipsius emptoris, nomine et pro parte ditte ecclesie et clericorum eiusdem ecclesie et successorum ipsius, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, permutandum et utifruendum, nec non et quocumque modo voluerit dittus emptor, nomine et pro parte ditte ecclesie et successores ipsius, alienandum, cum viis // (c. 29v) suis intus, infra et extra in dittis terris intrandis et exeundis atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis eis pertinentibus, quovis modo. Nec qua venditione dittus venditor coram nobis confessus fuit et contentus se habuisse et manualiter recepisse a ditto emptore, presente ut supra nomine et pro parte [ditte] ecclesie, nomine pretii ultimi inter eos conventi in car(le)nis argenteis, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, tareni <sic> quindecim pongeris <sic> generalis, totum silicet pretium venditionis ipsius; promittens dittus venditor per se, suos heredes et successores ditto emptori procuratori, procuratorio nomine et pro parte ditte ecclesie et

clericorum ipsius ecclesie et successorum eiusdem stipulanti, litem, controversiam vel questionem aliquam non inferre de dittis terris, nullo unquam tempore, nec inferenti consentire, sed dittas terras eidem emptori et suis successoribus ditte ecclesie ab omni homine et persona qu[a]cumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evittione teneri et dittam venditionem et omnia et singula supradicta et infrascripta firmum et firma ac ratum et rata habere, tenere et nunquam contra facere vel venire, per se vel suos heredes et successores aut aliquos quovis modo, in iud(iti)o et extra, de iure vel de facto, aliqua [o]ccasione, modo, ingenio seu trattatu, sub pena unciarum auri duarum, medietate ipsius pene curie reginali vel alteri curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela, et altera medietate ditto emptori procuratorio nomine et pro parte ditte ecclesie et dittorum clericorum et successorum ipsius persolvenda, quotiens seu totiens fuerit exinde quomodolibet contra fattum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte ditte curie et ditto emptore et procuratore pro se et eiusdem ditte ecclesie et successorum ipsius a ditto venditore // (c. 30r) solempniter stipulantibus penam ipsam; qua (con)missa vel non, exatta vel non, soluta seu gratiose remissa, presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refettione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra que fuerint propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ditti emptoris procuratoris, ut supra, et eius successorum, nulla alia probatione et re(quisitio)ne quesita; et renuntiavit super hiis dittus venditor voluntarie et expresse pro cautela ditti emptoris procuratoris, procuratorio nomine et pro parte

ditte ecclesie et successorum ipsius, exception <sic> doli mali, vix metus et in fattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis reique ditto m(od)o non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, exceptioni ditte vero pecunie non numerate, non solute, non habite et non recepte et non boni argenti, legi reissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis omnium iurium atque legum, specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renunciari non possit, quibus et propterque ditta venditio et confessio et subscriptio huius terre possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis et quodque preditta omnia et singula vera sint, predittus venditor prefato emptori, nomine quorum supra presenti et recipienti coram nobis, corporaliter tatta prestitit sic santa Dei Evangelia iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et preces ditti venditoris et cautelam ditti emptoris procuratoris, procuratorio nomine quo supra et successorum ut supra ipsius, fattum est exinde presens puplicum instrumentum per manus mei preditti notarii, // (c. 30v) signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac nostrorum predittorum testium subscriptorum subscriptionibus roboratum.

3

4

Così S per Aprutio (da docc. coevi)

Così S per Angelus Contus dictus (dal prosiegno del documento)

5

6

7

8

Quod scripsi ego predittus Thomas <sic> puplicus ut
supra notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego
qui supra iudex Gaspar de Penio Ego dominus Angelus
Grossus testis sum Ego dominus Lodovicus Porcario
testis interfui Ego Laverius de Populo testis sum Ego
Iacobus de Bono Io(ann)e testis sum Ego Adiel de Lauro
testis sum

9

In S Charo con segno abbreviativo usato per la nasale che si
estende dalla h alla o; trattasi molto probabilmente di Canio
Così S per Pro
Così S per scripti huius tenor
Così S per ad
Così S per Aprutio (da docc. coevi)